



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Ludus II. quoad personas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

& alij non; siue vterque sit habilis, siue inhabilis ad donandum, siue alter habilis & alter inhabilis. Qui verò falsis chartis, vel alia fraude lucratur, non potest compensare cum iuste lucra factis ab eodem. num. 18.

Peccat m. qui ludentibus ludos mortales, subministrant necessaria; nam cooperantur corū peccato. n. 15. & vt pluriū inuitant, & iuuant eos ad tales ludos. n. 16. Idē dicendum de inspectore Ecclesiastico cuius præficia est causa quod ludo mortali ludatur. Et de eo qui debens ex officio prohibere, non prohibet talē ludū: laicus autē, qui non est causa talis ludi mortalis, neque delectatiūr eo, quatenus talis est, sed solum arte & industria ludētium, non peccat in spectādo. n. 14.

Monachus & clericus spectans multo tempore ludum mortaliter malum, vel si venialiter tantum, sed eo animo, vt si esset mortalis, etiam spectaret eum, peccat mortaliter: secūs, si paruo tempore vel sine tali animo. ibid. Iuramentum de non ludendo non debet relaxari, eo quod ludens habeat magnum desiderium ludendi. cap. 12. num. 11.

L V D V S I I . Monachi, & clerici beneficiarij, & sacris initiati, prohibetur sub m. ne ludant ludis aleæ seu fortunæ, illicitis, quantitatem notabilem fructuum beneficiorum Ecclesiasticorum: inquit etiam de bonis pa-

II trimo

trimonialibus. cap. 19. num. 9. Nou. cap. 20.  
num. 9. 10.

De clericis in minoribus , non habentibus beneficium Ecclesiasticum, idem dicendum est quoad ludum, quod de laicis.num. 10. Nam laicis non prohibetur sub mortali per legem humanam ludus etiam principaliter propter lucrum quamvis magnum. num. 10.

Filius nondum emancipatus , & monachus, de licentia Patris, vel Abbatis, versantes in scholis vel in Curia, possunt ludo aliquid impendere licito.num. 12. Atque filias talis plura potest iudendo lucrari, quam perdere : dummodo non alliciat alium ad ludum, falsumque dicendo, se habere potestatem donandi & perdendi.num. 12. & 13.

## L V X V R I A.

*E*sit vitium inclinans ad inordinatum usum venereorum. Estque vitium capitale : & vincitur fugiendo. Eius filiae sunt, Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconstantia, Inconsideratio, Amor sui, Amor huius mundi, Horror futuri , Odium Dei. cap. 23. num. 112. & 113.

Habet sex species fornicationis. I. Est, Fornicatio simplex inter solutos. Soluti hic intel